



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac  
Summa Potestate Rom. Pontificis**

**Wesseling, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1662**

Illvstriss. Et Reverendissimo Principi ac Domino D. Marco Gallio,  
Cathedralis Ecclesiæ Ariminensis Episcopo, Ex Ducibus Albeti, & Atinæ  
Comitibus trium plebium Superiorum in lacu Comensi, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)

ILLVSTRISS. ET REVERENDISSIMO

PRINCIPI ac DOMINO

D. MARCO GALLIO,

CATHEDRALIS ECCLESIAE ARIMINENSIS

E P I S C O P O,

Ex Ducibus Albeti, & Atinæ Comitibus  
trium plebium Superiorum in  
lacu Comensi, &c.

Sanctissimi Domini Nostri *ALEXAN-*  
*DRI PAPAË VII.* Prælato domestico,  
& Assistenti, ejusdemque ac Sanctæ Se-  
dis Apostolicæ ad Tractum Rheni, alias-  
que inferioris Germaniæ partes cum  
potestate Legati de Latere  
Nuncio Apostolico, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

**R**odit in medium Illne & Rme  
Princeps, Tractatus Iuridico-  
Politicus, de Maiestate ac po-  
testate Rom. Pontificis, Clarissimi  
Viri Doctoris *VVesselingii* Cathedralis Ec-  
clesiæ

\* 2

clesiæ

DEDICATIO.

clesia vet. S. Pauli, & S. Martini apud  
 Monasterienses quondam Canonici, nunc  
 Carmelita Discalceati, &c.

Causas vero, cur hoc VVesselingianum  
 opusculum Illustrissimo nomini Tuo inscribere  
 voluerim, nemo, qui Celsissima indolis tuae  
 progressionem iam inde à primo adventus,  
 seu missionis Tuae limine perspectam habuit,  
 vel ante hac publica fama cognovit, iure mi-  
 rari poterit: Quemadmodum enim nullius  
 artis studium, testante idipsum ipso rerum  
 usu, & tota doctissimorum virorum phalange  
 ullum mortalium magis, quam viros Princi-  
 pes, & Magnates condecet. Ita publice testa-  
 tum est, & notum, Illustrissimam Celsitudi-  
 nem Tuam iam tum cum ex ephelis Illustrissi-  
 morum Parentum Tuorum Ducum, & Comi-  
 tum excessisset, praeter alia Principe viro di-  
 gna exercitia nulli rei studiosius, quam sa-  
 pientiae nomicae oblectationi, & regiminis pu-  
 blici studiis operam dedisse, atque etiamnum  
 deditam esse, & summo conatu invigilare,  
 dum Summi Pontificis, cuius Maiestatem,  
 & potestatem hic liber pro aris, & focus tue-  
 tur, augustam personam sustines. Quae sane  
 prima eademque maxima dedicationis meae  
 causa

DEDICATIO.

causa esse debuit. Altera est, quod Ill<sup>na</sup> C. T. amplas ditiones, & primaria Ecclesiarum, & iurisdictionum gubernacula à S. Sede Apostolica per Sacrum Romanum Imperium in his Germania partibus suscepit, ita hac quoque parte nominis Tui fama huius operis editionem, dedicationem, patrociniūque suo quasi iure sibi deprecere visa fuit, Ideoque spero, & certo confido, quod nominis Tui fulgor Zoilorum criminationes facile oppressura sit, nosque illi ipsi Aristarchi hoc libentius intactos relinquent, quod hanc editionem publica utilitatis causa ab authore compilatam typis demandaverimus. Quod si nec hoc quidem benigno animo ferre poterunt, (quemadmodum Zoilis proprium est aliena potius carpere, quam propria prestare) satis superque ab hac livida turba tuti erimus, si modo sub Ill<sup>no</sup> Tuo scuto, & patrocinto nobis latere liceat. Dignetur itaque Tua Ill<sup>na</sup> Celsitudo hanc pro S. Sede Apostolica, Tuamque excelsa familia admittere, ac me una cum authore, imo Tuorum cliētum albo adscribere. Hac spe freti Principem Summorum Pontificum, ac Legatorum eius Christum rogamus, ut T. C. nobis quam diutissime servet incolumem, ac

DEDICATIO.

*bene de Ecclesia Dei, ac S. Sede Apostolica me-  
rentem eternum beet. Dabam Colonia  
Agrippina anno virginiei partus 1662. Calen-  
dis Iunii.*

Illmæ & Revmæ Celsitudinis Tuæ,  
& S. Sedis Apostolicæ obedien-  
tissimus cliens

JODOCUS KALCOVIUS  
Bibliopol. Colon.

AD